

hac secunda opinione, potest responderi ad primum fundamentum adductum pro prima opinione, quod licet per duorum factum inter vitam & uxorem quoad thorum & mutua cohabitacionem; cessent effectus ciuiles matrimonij (hoc est) a lege ciuili inducti, adhuc tamen effectus, de quo quærimus, videtur non cessare per diuortium, quia necessitas petendi dictam licentiam a viro & eam obtinendi, non tam in simultanea cohabitacione coniugum consistit, nec ex ea prurit, quam ex eo quod cõset matrimonium inter eos, vt in d. ll. Regijs probatur. Igitur eum etiam factio diuortij quoad thorum & mutua cohabitacionem, matrimonium duret & consistat quoad vinculum spirituale, videtur omnino dicendum adhuc durare supra dictam necessitatem petendi & obtinendi præd. licentiam a viro.

Nec etiam obest, quod mulieri restituatur dos factio diuortij, vt in d. cap. 1. de donat. inter vir. & vxor. quia iam responsum est, per ea quæ dicta sunt in tertio fundamento huius 2. partis.

66 Non t̄ obstat etiam sequum fundamentum adductum pro prima opinione, quia illud est diuersum a nostro casu & questione, quia in lucris acquisitis constante matrimonio, vt communentur inter virum & uxorem, statutum est ll. Regijs inter eos lucra diuidentibus, quod maritus & vxor simul cohabitantes, ad hoc vt præd. lucra inter eos comunicentur, vt primo id constat ex l. 1. tit. 3. lib. 3. for. ibi. De consensu, & in l. 205. styli. ibi. Estando en uno con suñer, & in l. 207. styli. ibi. Fiziaren en uno iunio versu. E como quiere parte en las ganancias, assi deue pagar las dendas, cum etiam in l. 1. tit. 4. lib. 5. ordin. quæ hodie est; leg. 2. tit. 9. lib. 9. nou. recopilat. ibi. De consensu. & in leg. 2. eiusdem tituli. 3. for. & tituli. 4. ordinum. ibi: Ca assi como la cosa es communal de ambos, lo que assi ganaren es communal de ambas, &c. quæ hodie est, l. 3. dicti tituli. 9. lib. 5. nou. recopilat. & expressius probatur in dict. l. 1. nou. recopilat. dum dicit. Toda cosa que el marido y la mujer ganaren, o compraren estando de consensu. eyan lo ambos de por medio, quia d. l. 1. for. & ordinamenti veteris, non ita clare hoc disponebant, licet bonu consistaret ex eis, nam dicit. Toda cosa que el marido y la mujer comprarem de consensu, eyan ambos por medio lex vero nouæ recopilat. Estando de consensu.

67 Quam t̄ omnium legum ratio in promptu est, quia propter laborem communem coniugum in rebus acquirendis communicantur lucra: & inde est quod etiam teneantur ad debita equaliter, vt in dict. legib. probatur, & constat ex l. 60. Taur. quæ hodie est l. 9. tit. 9. lib. 5. nou. recopilat. quæ ratio in alia iuris regula vulgari fundatur, quæ habet, quod secundum naturam est, vt quem sequuntur incommoda, sequantur etiam comoda, vt in s. illud, cum similib. Insitut. de sociat. Ergo nil mirum (imo optima cum ratione) si prædic. communicatio lucrorum non habeat locum, si vir & vxor non simul cohabitent, vt puta quia, vxor nondum fit traducta ad domum viri, cum esset ratio legis, & cessante ratione legis, cessare quoque debeat eius dispositio, vt in l. quod dictum, cum similib. ff. de pact. At vero in nostro casu licentia requisita & præstanda, ll. Regijs non fundantur in cohabitacione coniugum simultanea, sed in matrimonio constante, vt patet ex ipsius legis. Igitur habere etiam locum debent, licet coniuges sint separati quoad thorum & mutua cohabitacionem, cum ad huc inter eos matrimonium duret, vt supra visum est.

Et quod supra hoc numero & numero 56, dictum est de lucris quæsitis durante matrimonio, vt tunc demum sint communia inter virum & uxorem, cum ipsa sit traducta ad domum viri, & simul cohabitent alias reserens, & sic citat alienacionem lucraretur huic mulieri.

70 Secundo responderetur, quod si maritus nollet prædictam licentiam requisitus concedere, vel ad contrahendum, vel ad sitendum in iudicio, index attendente necessitate, & utilitate, cum causæ cognitione eam præstabit, vt in l. 57. Taur. quæ hodie est l. 4. tit. 3. lib. 3. nou. recopilat. & illa obtenta poterit mulier contrahere, vel petere in iudicio à marito alimenta.

Non obstat etiam quintum fund. supra adduct. pro prima opinione, quia præterquam quod contrarium simpliciter tenet Aut. Gom. in l. 47. Taur. n. 2. versu. quinto deducitur, dicens, quod sicut vxor coniugata nihil potest facere absque licentia mariti, ita etiam neque sponsa de præfenti, & idem tenet Boer. allegatus per Couarr. ubi supra.

68 Tertio responderetur, quod in sponsa carnaliter cognita, licet non traducta ad domum viri, non esse dubium, quin requiratur præd. licentia viri, vt cum Pala Rub. tenet Couarr. ubi supra cum tituli in d. quinto fundamento, & ultra eum idem tenet Aucud. in suo dict. verb. Orogamiento, q. 5. in. vers. & amplius, ubi ad hoc allegat Cifuentes in d. l. 5. qui hoc non dicit, sed quod supra ex eo retuli. Vnde his attentis, tantum abest, vt non solum supra d. quintum fundamentum minime faciat pro prima opinione, sed imo eroreturque contra eam, & sit expressum pro hac secunda. Quia si in muliere cognita a marito, licet non traducta ad domum eius, & sic licet non simul cohabitent vir & vxor: imo nunquam fuerint iuncti, nisi ad copulam, requirunt præd. licentia, eadem ratione requiruntur in hac muliere separata a viro suo post velacionem, & traductionem ad domum: cum vero similiter credendum sit, imo ad communiter accidentibus certum & pro tali habendum, quod fuerit cognita a viro, quandoquidem fuerunt velati & simul habitauerunt, vitam maritalem faciendo per multum temporis spatium.

Non obstat etiam sextum & vltimum fund. primæ opinionis, scilicet, opinio Tiraquell. ubi supra, quia ei primo respondeo quod ipse non loquatur expresse in nostro casu diuortij facti, sed quando est facta bonorum separatio, licet adhuc possit replicari, quod in nostro quoque casu fit bonorum separatio, quandoquidem, mulieri restituitur dos & medietas lucrorum, vt supra dict. est.

71 Ideo secundo respondeo, quod Tiraquell. ubi supra, non dicit prædictam opinionem esse iudicam, sed de consuetudine quorundam locorum scriptam, vt expresse firmat: Ergo cum hoc sit de consuetudine locali Franciæ, & non de iure, minime extendendum est ultra loca, in quibus viget dicta consuetudo, quia ipsa est stricti iuris, vt in l. de quibus, & ibi D. ff. de legibus, & in cap. fin. cum materia de consuetud. & ibi bene tradit Roderic. de Curt. in 4. sēc. n. 7. fol. 50. Imo cum nostræ ll. Regiæ requirentes prædictum consensum & licentiam virorum, generaliter loquantur & disponant, prædictumque casum separationis bonorum non excipiant, generaliter debent intelligi.

Vnde inferitur, quod si in aliquo oppido huius Regni probaretur vigere hanc consuetudinem, quæ Franciæ est, seruanda erit, cum per consuetudinem deroget legi, vt in d. l. de quibus, ad fi. ff. de legib. nisi huic conclusioni dicas obitare l. 1. & alij Dd. tradit Pala Rub. in repetitione cop. per vestras

vestras v. notab. n. 6. versu. imo tenentur, &c. fol. mibi 191. de donat. inter vir. & vxor. Marten. ubi supra n. 50. plures referens, & sic citat alienacionem lucraretur huic mulieri.

70 Secundo responderetur, quod si maritus nollet prædictam licentiam requisitus concedere, vel ad contrahendum, vel ad sitendum in iudicio, index attendente necessitate, & utilitate, cum causæ cognitione eam præstabit, vt in l. 57. Taur. quæ hodie est l. 4. tit. 3. lib. 3. nou. recopilat. & illa obtenta poterit mulier contrahere, vel petere in iudicio à marito alimenta.

Non obstat etiam quintum fund. supra adduct. pro prima opinione, quia præterquam quod contrarium simpliciter tenet Aut. Gom. in l. 47. Taur. n. 2. versu. quinto deducitur, dicens, quod sicut vxor coniugata nihil potest facere absque licentia mariti, ita etiam neque sponsa de præfenti, & idem tenet Boer. allegatus per Couarr. ubi supra.

71 Responderetur, quod in sponsa carnaliter cognita, licet non traducta ad domum viri, non esse dubium, quin requiratur præd. licentia viri, vt cum Pala Rub. tenet Couarr. ubi supra cum tituli in d. quinto fundamento, & ultra eum idem tenet Aucud. in suo dict. verb. Orogamiento, q. 5. in. vers. & amplius, ubi ad hoc allegat Cifuentes in d. l. 5. qui hoc non dicit, sed quod supra ex eo retuli. Vnde his attentis, tantum abest, vt non solum supra d. quintum fundamentum minime faciat pro prima opinione, sed imo eroreturque contra eam, & sit expressum pro hac secunda. Quia si in muliere cognita a marito, licet non traducta ad domum eius, & sic licet non simul cohabitent vir & vxor: imo nunquam fuerint iuncti, nisi ad copulam, requirunt præd. licentia, eadem ratione requiruntur in hac muliere separata a viro suo post velacionem, & traductionem ad domum: cum vero similiter credendum sit, imo ad communiter accidentibus certum & pro tali habendum, quod fuerit cognita a viro, quandoquidem fuerunt velati & simul habitauerunt, vitam maritalem faciendo per multum temporis spatium.

Non obstat etiam sextum & vltimum fund. primæ opinionis, scilicet, opinio Tiraquell. ubi supra, quia ei primo respondeo quod ipse non loquatur expresse in nostro casu diuortij facti, sed quando est facta bonorum separatio, licet adhuc possit replicari, quod in nostro quoque casu fit bonorum separatio, quandoquidem, mulieri restituitur dos & medietas lucrorum, vt supra dict. est.

71 Ideo secundo respondeo, quod Tiraquell. ubi supra, non dicit prædictam opinionem esse iudicam, sed de consuetudine quorundam locorum scriptam, vt expresse firmat: Ergo cum hoc sit de consuetudine locali Franciæ, & non de iure, minime extendendum est ultra loca, in quibus viget dicta consuetudo, quia ipsa est stricti iuris, vt in l. de quibus, & ibi D. ff. de legibus, & in cap. fin. cum materia de consuetud. & ibi bene tradit Roderic. de Curt. in 4. sēc. n. 7. fol. 50. Imo cum nostræ ll. Regiæ requirentes prædictum consensum & licentiam virorum, generaliter loquantur & disponant, prædictumque casum separationis bonorum non excipiant, generaliter debent intelligi.

Vnde inferitur, quod si in aliquo oppido huius Regni probaretur vigere hanc consuetudinem, quæ Franciæ est, seruanda erit, cum per consuetudinem deroget legi, vt in d. l. de quibus, ad fi. ff. de legib. nisi huic conclusioni dicas obitare l. 1.

Taur. ubi præcipitur seruari ll. Regiæ, non obstante quod dicatur & allegetur contra eas, non esse vitatas. Sed potest d. l. responderi, quod non loquitur expresse in illis legib. Taur. sed in legibus ordinam. & pragmat. & ll. part. Item quod etiam si loqueretur de ll. Taur. adhuc hæc consuetudo non conferretur reprobanda, neque exclusiva, quia non derogat ll. Regijs requirentibus prædictum consensum & licentiam maritorum ad contrahendum, vel comparandum in iudicio, sed eas interpretatur, scilicet, vt procedant in coniugibus simul cohabitantibus, non separatis: quæ interpretatio licita est, quia ea, quæ certam interpretationem habebunt, non sunt mutanda, vt in l. minime ff. de legibus.

Item etiam t̄ argumento gl. in l. 1. ff. de constit. 73 princip. verb. non egredietur, quæ tenet, quod licet ius ciuile non possit tollere ius diuinum, illud tamen potest distinguere & declarare, vt in numero testium requisito ad testamenta. Nam iure diuino statutum est, quod in ore duorum vel trium sit omne verbum, & tamen ius ciuile in testamentis condendis ad falsitates euitandas, maiorem numerum testium exigit, sequitur Bar. in n. 3. & in l. omnes populi, n. 22. ff. de inst. & iur. & est communis, secundum Anton. Gom. in l. 122. Taur. n. 21.

Tertio respondeo ad dictum Tiraq. ubi supra quod consuetudines illæ Franciæ, de quibus ibi ipse loquitur, requirentes maritorum consensum, non videntur eidem verbis, quibus nostræ ll. idem disponentes vtuntur, quia hæc disponunt constante matrimonio generaliter, ille vero expresse præsupponunt cohabitacionem simultaneam, quia reponunt vxores in potestate virorum, & ideo requirunt consensum illorum ad contrahendum & litigandum, vt constat ex Tiraq. Vnde merito quod facta separatione, non requiratur prædictus consensum. At in nostro Regno fundamentum huius consensum requisiti est matrimonium constans; vnde cum adhuc factio prædicto diuortio ad thori separationem, & mutua cohabitacionem duret matrimonium, vt supra dictum est, consequens est, vt adhuc quoque dictus consensum seu licentia requiratur.

Præcipuum & capitale fundamentum, quod habet prima opinio, est separatio personatum & bonorum coniugum, propter quod videbatur omnino dicendum, non esse necessariam prædictam licentiam, & per consequens non esse veram quandam opinionem affirmatiuam. Et hoc est quod me magis vrget, & de secunda opinione dubitare facit: sed huic fundamento bene satisfactum videtur supra, cum per ea, quæ dicta sunt in 3. funda 2. opinio: tum etiam per responsiones supra positas, scilicet, quod hæc auctoritas præstandi prædictam licentiam, quæ marito à legibus conceditur, est propter matrimonium, quod tamen non est solum per separationem thori, imo remanet vinculum spirituale. Quid tenendum in hac difficili questione? Certe passus est dubius, in quo erit locus opinionibus, & ita fatetur posse defendi vnamquamque eorum, præcipue cum non inueniamus expresse, quæ sit communis opinio, imo neque vnum doctorem, qui hæc questionem tangat, licet iustum esset, vt tot tantique patres legum Regiarum commentatores eam tangerent & declararent, cum possit sæpius contingere in practica, imo scio nonnullos aduocatos tenere primam opinionem, alij licet aliter sentiant.

Sed adhuc posset instari pro prima opinione supra d. quia ll. Regia non habuerunt respectum, nisi ad frequentiora, hoc est, ad tempus matrimonij constantis cum suis effectibus, scilicet quod simul cohabitent, & maritus sit dominus dotis, & tam persona vxoris, quam dos sint in potestate viri & similia, non vero considerantur casum diuortij, quia id raro fit, magnaque cum causa.

74 Et si licet iuris potest prouideri per satisfactionem ea praestanda est, diuortium fieri non debet, ut in d. c. licet ad finem de rest. spoliat. licet in iure sint aliae causae, ob quas fieri possit diuortium. Vnde cum iura non adaptentur, nisi ad ea, quae frequentius accidunt, ut in l. nam ad ea, ff. de legib. videtur dicendum, quod dicitur ll. Regia non extendantur, nec locum habeant in casu diuortij ad thori separationem & mutuum cohabitationem, cum casus hic raro accidat.

75 Item etiam factu hoc diuortio, & reddita dote mulieri & medietate lucrorum, nullum praedictum sit marito ex contractibus & alienationibus suae vxoris, quia sunt propriae res ipsius vxoris, nec maritus aliquid ius in eis habet, quandoquidem mulieri redduntur, & cessat dominium quod maritus habebat in eis, antequam diuortium fieret, licet adhuc matrimonium duret, ergo non requiritur eius licentia neque consensus: quia ratio praecipua, quare requiritur per leges Regias praedictas consensus, est, propter praedictum quod sit maritus, dum simul habitant, ex contractu vxoris, praecipue si sit alienatio: & hac ratione concludimus supra, vt eorum opinionem esse eorum, qui dicunt, non confirmari iuramento contractum mulieris celebratum absque licentia viri, quia tendit in praedictum tertij, hoc est mariti, qui est dominus dotis, quo casu iuramentum non confirmat, nec robur praestat contractui, ut in nostro cap. cum contingat. Et in d. ca. quamuis pactum. Igitur cum in nostra questione cesset praedictum mariti, quia ipse iam non habet dorem neque est dominus eius, videtur profecto dicendum, non requiri praedictam licentiam, & consensum.

Neque tenendo primam opinionem negatiuam, obicit, quod supra. Licentia non solum requiritur propter praedictum virotum, sed etiam propter imbecillitatem mulierum, & ad integrandas earum personas, ut supra dictum est, cum communi opinione, quia hic poterit responderi, quod postquam auctoritate iuris Canonici & iudicis ecclesiastici, eius ministri, facta est separatio personarum & honorum, vt seorsum habeant coniuges, & habeat vnusquisque sua bona separata, & eorum administrationem & gubernationem, satis integram personam videtur habere mulier. Item, quia si per diuortium huiusmodi conceditur quod est plus, hoc est regimem propriae personae mulieris, & separata a dominio & potestate viri, multo fortius concessum videtur, quod est minus, scilicet administratio honorum & facultas disponendi de eis, quia magis dignae sunt personae, quam res, ut in §. ff. de iure nat. gen. & civil. Et hoc modo responditur ad argumentum, quod in contrarium fuit factum, nam considerata separatione personarum, plus est hoc, quam libertas disponendi de bonis absque licentia viri. Et hoc modo retorquetur fundamentum supra dictum pro prima opinione negatiua contra secundam affirmatiua. Secundo modo potest responderi dictae communi opinioni in contrarium allegatae, non esse omnino veram, vt supra considerauimus.

Neque obicit, si dicitur, quod mulier haec separata a viro quoad thorum & mutuum cohabitationem, si commiserit adulterium, poterit accusari a viro, vt supra dictum est, & quod ita non videtur omnino liberata a potestate & dominio mariti. Nam respondeo, diuersam quidem esse hoc casum rationem, quia in primo ideo id potest maritus, quia tendit ad eius honorem, & pudicitiam matrimonij concernit, quod cum adhuc datur, vt supra non semel dictum est, merito quod maritus possit accusare huiusmodi vxorem adulteram, licet sint separati, At vero in nostro proposito & questione ea ratio cessat, quia non agitur de matrimonio, sed de bonis propriis vxoris, in quibus vir iam non habet dominium: quod patet, quia si illud haberet, non compelleretur ea tradere vxori, quia effectus dominij est possessio. Vnde merito quod etiam commisso adulterio per vxorem sic separata, licet criminaliter vir agere possit, non tamen possit ciuilitate ad dotis amissionem, iuxta doctrinam Ancharan supra relata, quam sequitur Palat. Rub. & eum referens Couart. vt supra dictum est, licet postea dixerimus, dubiam videri per considerationes supra factas, quas nunc patet, per rationem modo dictam, non multi ponderis, nec momenti esse.

Secundo respond. supra. obiectioni, quod si illa aequiparatio esset vera, sequeretur aburdum, scilicet, quod mulier sic separata a viro, posset de ipsius viri licentia & consensu adulterium committere, quod non est dicendum, imo vxor tale adulterium etiam de licentia viri committens, & vir consentiens, puniretur acriter, vt in iure est notum: Igitur non obest d. ratio.

78 Quibus sic consideratis, si mihi tandem delibetato animo supra dicta prima opinio negatiua veteri de iure videtur, & tenenda, per omnia supra dicta. Admoneo tamen aduocatos, vt quando consulti fuerint ab illis personis, quae volunt contrahere cum huiusmodi mulieribus sic separatis, antequam contrahant, consulant eis, ad tollendum omne dubium, & pro maiore cautela & securitate, vt praedictae mulieres petant licentiam ad contrahendum a viris suis, qui si eam denegent, recurretur ad iudicem, qui subsistente iusta & legitima causa eam praestabit, ut in d. l. 57. Taur. & hoc modo erit consultum emptoribus, aliisque personis contrahere volentibus cum huiusmodi mulieribus. Si vero haec diligentia omittatur, validus erit contractus, & sustinendus secundum opinionem veriorum supra positam, quam etiam videtur iterum de iure sensisse Titac. de viroque retrahit. titu. l. §. 10. glo. unica, num. 17. fol. 166. dicens, quod si facta fuerit separatio quantum ad bona, nullum ius administrationis, aut aliud marito superest in bona vxoris: ideoque neque ei licebit hoc casu obligationem retractus pro vxore facere, non magis quam extraneo, secundum ipsum.

79 Secundo principalis limitatio huius c. cum contingat. est quotiescunque mulier primo iurauit alicui, cui interdicere poterat, non alienare rem dotalem, nec donationem propter nuptias, neque huiusmodi alienationi consentire, nisi ex rationabili causa, & auctorizante iudice, & postea alienauit vel alienationi consentit cum iuramento absque praedicta causa, quia hoc casu primum iuramentum est seruandum & non secundum, ac per consequens non valebit alienatio rei dotalis & donationis propter nuptias, etiam cum iuramento facta, ita tenet expresse gloss. in c. licet mulieres, gl.

gl. ff. de iure iur. lib. 6. Cuius ratio ea est, quia cum primum iuramentum fuerit factum in fauorem alicuius, non valet alienatio postea facta, etiam cum iuramento, quia est in praedictum illius, in cuius fauorem fuit praestitum primum iuramentum, per tex in d. c. cum contingat. ibi: Cum in alterius detrimentum non redundent, & in d. c. quamuis pactum, de pact. in 6. in eisdem verbis, & gloss. illa, & sua opinio est communiter & magis communiter approbata in suo casu, & plures sunt Dd. qui illam sequuntur & examinant, quorum praecipuos tantum ipse referam, & hi alios plures referant, ideo videndi sunt circa illam gl. Alei. illa d. c. cum contingat. in magna impressa. l. 14. §. 15. & l. 10. de in sol. nu. 81. qui testatur gl. illam communiter approbatam, & latissime Couart. de pact. in 6. 2. p. relet. §. 2. nu. 2. & seqq. usque in fin. illius §. & Ant. Gom. in l. 53. Taur. nu. 58. per totum, & Bernard. Diaz de Lugo in reg. 379. incipienti, Mulier si iurauit, per totam, vbi testatur esse communiter approbatam illam glo. Antonius Gabriel libro 2. comm. opin. coneluf. 1. de iure iur. num. 1. & sequentibus pagin. 114. & sequentibus.

Sed pro intellectu materiae, ne dum breuis esse cupio, in necessariis desicere videat, referam tantum resolutiue quatuor communes resolutiones, quae in hoc puncto sunt tenendae, & colliguntur ex supra dictis Dd. Cetera circa earum longam probationem poterit quilibet videre apud dictos auctores, ad quos me remitto.

Prima conclusio communis est, quam modo retulimus ex d. gl. communiter approbata, in d. c. licet mulieres.

80 Secunda communis conclusio est: non obstat opinioni receptissimae supra d. alia glo. in c. ff. de procurat. lib. 6. quae tenet promittentem cum iuramento, non reuocare procuratorem a se constitutum, posse nihilominus cum reuocare, in hunc sensum, vt reuocatio teneat, licet reuocans sit periturus: quae gloss. est etiam communiter approbata in suo casu, vt constat ex auctoribus supra adductis & praeterea licet expresse testatur alios plures allegans Ioan. Oroscius in l. omnes populi, nu. 514. ff. de iust. & iure, quam ampliat Loazes in allegat. iuris pro Marchion. Valez in responsione ad 5. & 6. fundam. num. 150. vbi per eum.

81 Qui respond. quod glo. d. c. licet mulieres. & communis opinio cum ea loquitur & procedit, quoties qui promissit, iuramento praestito se non adcurum id, quod iure facere non poterat, prout contingit quotiescunque mulier iurauit non alienare bona dotalia, vel donationem propter nuptias, vel quando adultus cum iuramento promissit non alienare bona sua immobilia, quia haec de iure prohibentur alienari, vt supra est dictum, & de bonis minorum constat ex toto tit. de praedictis & aliis reb. minorum, & ff. de reb. eorum, & ex pluribus ll. Regijs. Et ideo actus contrarius huic iuramento, etiam si iuratus sit, non tenet, quia est contrarius iuri, & praeterea priori iuramento, quod omnino consonat iuri, glo. zero in d. c. fin. de procurat. lib. 6. Et communis opinio cum ea loquitur & procedit, quoties quis promissit cum iuramento non facere id, quod alias de iure licebat, prout est reuocare procuratorem constitutum, quia cum hoc dependeat solum a voluntate constituentis, poterit non obstante primo iuramento cum reuocare, licet reuocans incidat in perituum, quia potuit seruare praedictum iuramentum absque interitu salutis aeternae & sine praedictio tertij,

& non seruauit. Haec est communis resolutio, & vera concordia inter supra dictas gl. communiter approbatas, vt resoluunt praedicti Doct. qua attendita, nemo deinceps dicet eas esse contrarias, quia, vt patet, diuersissime sunt, tam in dicto, quam in ratione. Cuius rei aliam rationem nouissime post huius operis primam editionem assignauit Martien. in l. 3. gloss. 3. num. 5. titu. 10. lib. 5. non. col. l. e. Reg. reprobans supra dictam cum Couart. vbi supra, num. 4. quem refert.

Vnde infero, & perperam & non bene dixisse 82 Iaf. in §. item si quis postulare, nu. 11. Inff. de actio. dum inquit, quod glo. illa in d. c. licet mulieres, solet communiter reprobati, & ita inuenio, quod cum merito ex eo reprehendit Bernard. Diaz vbi supra Neque etiam audiendum esse puto Ant. Gom. vbi supra, nu. 58. dum tenet, quibusdam fundamentis contra supra dictam glo. communiter approbatam in d. c. licet mulieres, quibus optime satisfaciunt Couart. vbi supra.

83 Secundo inferitur, & non bene dixisse Gomezium in d. §. item si quis postulare, num. 36. Scilicet, quod si constituit procuratorem, & promissit cum iuramento se non reuocare, quod ex quo iste actus est simultaneus, consistens in voluntate diuortij, non potero mandatum reuocare, quia in effectu hoc est contra gloss. supra dictam in d. c. ff. & contra communem opinionem, & ipsemet Gomez fatetur: fecus vero esset, si promissum fuisset aduersario de non reuocando procuratore, quia tunc si recipiatur iuramentum per eos, quorum interest, vel per notarium eorum nomine, non poterit reuocari. Ita cum Bald. & Iaf. tenet Roland. a Vall. consil. 6. num. 50. libr. 1. & Anjon. Gabriel vbi supra, num. 11. addens Palat. Rub.

84 Tertio infero, & quod supra d. gloss. d. c. ff. & 84 communis opinio cum ea non habebit locum in procuratore a me constituto ad resignandum & renuntiandum beneficio ex causa permutatiouis, si iurauit non reuocare, quia si postea fiat reuocatio, non valebit. Ita expresse tenent Domini de Rot. decis. 8. de procur. in antiquis, quae olim erat decis. 104 vbi reddunt ratio, quia in spiritibus, in quibus non cadit interesse, non potest agi ad interesse, quia quicquid fit contra praestitum iuramentum, non valet, vt notat. Innoc. in c. dilectio de praebend. & Archidiacon. in cap. pen. de rescript. in 6. & in c. si a sede, de praeb. Et additio marginalia d. decis. Rotae allegat Fel. & Decium eandem opinionem tenentes: sed ego principale huius conclusionis fundamentum allego, quia hoc casu, cum fuerit celebratus contractus per mutationis gratia vtriusque ex eoque fuerit vtrique partibus quae situm & sic dependeat actus a voluntate duorum, non potest reuocari constitutio hae procuratoria iurata in praedictum alterius partis & iuris ei adquisiti, sine facta & voluntate ipsius, neque etiam iuramentum posterius valebit in praedictum alterius partis, ex supra dictis. Et ita merito hanc opinionem tenet etiam Gom. in §. item si quis postulare, nu. 36. ad ff. de actio. vbi refert Albericum eam indistincte firmantem in l. si procurato. col. pen. & in litem ad litem, in ff. de pro. & dicentem se ita in practica obtinuisse: sequitur etiam Roland. a Vall. consil. 6. n. 51. lib. 1. vbi limitat in procuratore constituto ad renuntiandum simpliciter: per quod vltimum datur bona ampliatio ad glo. communiter approbatam, in d. cap. fin. & eandem opinionem Rotae cum Felin. in duobus locis tenet idem Gom. in regula de annali postfessore.

sefforo, quest. 40. fol. 571. & Ant. Gabriel ubi supra, num. 12. & 13.

85 Et idem f Gom. in regula de informis resignanti- bus, 9. 31. fol. 213. in princ. tenet, quod si quis iura- ret, le non contrauenire per instrumentum in forma camere, ante praxium consensum resigna- tionis & confirmationem superioris, huiusmodi propositum reuocare possit, dicens ita tenuisse Rotam in casibus, de quibus ibi per eum. Sed contra hanc tertiam illationem & dictam Rotæ decif. tenent plures allegati per Boërium, decif. 207. per totam: cum quibus ipse ibi videret transi- re num. 3. dicens quod glo. d. cap. fin. de procurat. lib. 6. de facto seatur, siue loquamur in procurato- re ad simpliciter, vel causa permutationis resignan- dum, cum iuramento constituto: & addit, quod reuocans procuratorem ex iusta causa in casibus supradictis non erit peritius, & sic limitat in hoc casu glo. in d. c. fin. quæ tenet, quod reuocans remanet peritius, licet reuocatio valeat: nam hoc non procedit secundum ipsum, si reuocatio fiat ex iusta causa, vt tenent ante eum Dd. per cum ibi citati.

86 Inferitur f etiam & quarto, quod Episcopus possit reuocare suum vicarium, etiam si iurasset illum non reuocare. Ita cum aliis, tradit Rebuffus in praxi beneficiorum, in forma vicariatus Archiepiscopi. & alior. collat. num. 193. folio 81. vbi numeris segg. ampliat & limitat, & ideo est videndus omnino in proposito. Sequitur eandem opinionem plures referens Loazes in allegatione iuris pro Marchio. Valez, in respon. ad 5. & 6. fundamentum, nu. 153. & Ant. Gab. ubi supra, num. 14.

87 Tercia communis f conclusio est, supradicta glo. d. c. licet mulieres, communiter approbata, limitatur primo, vt procedat, quotiescunque iuramentum primum fuit praxitum à muliere in manibus patris, vel alterius, cuius interesse poterat, quia tunc militat ratio gloss. supradictæ, quare non possit fieri alienatio etiam cum iuramento, quia secundum iuramentum redundat in detrimentum illius, in cuius fauorem fuit emissum primum iuramentum, quo casu non est seruandum, vt in nostro text. & in d. c. quamuis pactum, secus vero erit, si primum iuramentum non fuerit factum in fauorem alicuius, cuius interest: quia cum sit nudum, non impedit actum fieri, ac per consequens valebit secunda alienatio cum iuramento: hæc limitatio communis est, licet aliqui teneant contra eam, vt constat ex supra dictis Doctoribus, apud quos possunt videri fundamenta tenentium contrarium.

88 Quarta f & vltima communis conclusio est, Secunda limitatio communiter approbata ad gl. d. c. licet mulieres, supra adducta est, vt illa glo. procedat, quoties ille in cuius fauorem fit secunda alienatio cum iuramento, non obstante primo iuramento sciuit prædictam mulierem fecisse primum iuramentum de non alienando, nam tunc si hoc non obstante emptor voluit emere à prædicta muliere vel ab eius marito, cum consensu & iuramento vxoris, merito quod non valeat prædicta secunda venditio, etiam cum iuramento facta, quandoquidem ipse emptor fuit ignorans prioris iuramenti, prout in dubio præsumitur: quia tunc valeat secunda venditio cum iuramento. Hæc est magis recepta sententia, vt ex supra dictis Dd. constat, licet Alciat. & Couar. ubi supra existiment esse fallam, nisi mulier dolose fecerit primum iuramentum, vel tacerit primum iura-

mentum tempore alienationis, causa circumueniendi emptorem, nam his casibus valebit secunda venditio cum iuramento, etiam secundum Alciat. & Coua. quos sequitur Matenco ubi supra num. 9. Et certe eorum opinio verior videtur, licet communis sit tenenda in iudicando & consulendo, quæ indistincte tenet, valeat secundam alienationem data ignorantia emptoris, quam etiam tenet & dicit communem Couarr. & alios allegans Ioann. Baptista in suo oratio communium opinio. litera l. num. 213. folio 95. tenet etiam Vitalis de Camb. in tract. clausul. in c. incip. sed nunc restat videre quid e contra, num. 4. fol. 754. & sequenti.

Ex quibus f omnibus datur optima cautela ad hoc, vt semper secunda alienatio cum iuramento facta valeat, etiam si mulier fecerit prius iuramentum de non alienando, & sic enitatur opinio gl. communiter approb. in d. c. licet mulieres, scilicet, quod mulier ipsa in hac secunda alienatione sine consensu cum iuramento, iuret etiam se non habere factum in contrarium aliud iuramentum de non alienando, & hoc iuramentum apponatur in instrumentum alienationis rerum dotialium, siue donationis propter nuptias, quia hoc casu omnino valebit hæc secunda alienatio: tom propter iustum ignorantiam emptoris prioris iuramenti, causatam ex hoc iuramento mulieris, quæ ignorantia sufficit, vt hæc secunda alienatio facta cum iuramento valeat, non obstante suprad. primo iuramento secundum magis communem opinionem supradictam: tum etiam, quia attendens & iurando mulier, quod non habet factum aliud iuramentum in contrarium, scilicet de non alienando, iam ipsa est captiosa & in dolo notorio, si constat ipsam prius iuramentum fecisse de non alienando, & per consequens à fortiori valebit secunda alienatio cum iuramento facta, ratione iustæ ignorantie, secundum communem, & ratione doli mulieris, secundum opinionem Alciat. & Coua. Quæ cautela est summo- petere notanda, quia est de iure vera & fundata communibus traditionibus, & quotidie vtitur & apponitur in instrumentis, orumque habuit ex supradictis.

Sed admonere emptores huiusmodi, f ne cum mala fide hac cautela vtantur, scilicet, quando sciunt, illam mulierem vendentem siue venditio- ni consentientem cum iuramento iurasse prius non alienare prædicta bona: quia hoc casu dubium non est, quoniam præstent causam peritius mulieris, ac per consequens sint rei ipsius, & peccent mortaliter, atque in puncto iuris crederem hoc casu, hoc est, probata scientia emptoris, non valere hanc secundam alienationem, non obstante, quod mulier in ea iurauerit, se non fecisse iuramentum in contrarium de non alienando, quia hoc facit dolo inducta & compulsa per emptorem ad reparandam propriam, vel mariti necessitatem, & forte erit immemor prioris iuramenti: sed tunc demum emptores suprad. cautela vtantur, cum iuste (hoc est) non supina, causa & affectata ignorantia ignorauerint præd. mulierem fecisse iuramentum de non alienando. Et cum his, iunctis his, quæ latius in hac questione tradunt Dd. ubi supra, remanet bene expeditus articulus hic, saltem resolutiue. Laus Deo.

Tercio f dispositio d. c. cum contingat, limitatur, si mulier in præd. alienatione datur ultra dimidiam iusti pretii, quia non obstante præd. iuramento, poterit agere remedio fisionis ultra dimidiam

midiam iusti pretii, de quo in l. 2. C. de rescind. vendit. cum similib. nisi iuramentum ad hoc quoque extendatur specialiter vel generaliter, vt in terminis ita tenet Anto. Gomez in 2. tom. cap. 14. de rescri. m. n. num. 20. colu. fin. vers. secundo infero, de qua re dixi ipse latissime in mea repet. auct. sacramenta puberum, C. si aduocatus vend. numer. 3. sequent. & numer. 86. & sequenti, vbi posui cautelam, vt mulier vel minor iurantes, præd. remedio l. secundæ, vt non possint, & latissime egi, an data enotissima fisionem agi possit, licet ei factum cum iuramento renuntiatum. Ideo ne iterum repetam, ad ibi per me dicta vos remitto.

89 Vltierius f pro declaratione d. c. cum contingat, est aduertendum, quod iure ciuili mulier non poterat alienare fundum dotalem cum consensu mariti, vel sine eo, nec eius maritus id etiam poterat cum consensu vxoris geminato, post biennium, quod alias sufficere in alienatione rei donata propter nuptias, vt in aurent sine a me, C. ad Pelli. & ibi gloss. verbo, multa magis, & Dd. & tenet Cin. contra Jacob. de Arret. in l. si prædium, C. de iur. dot. vbi respondet illi text. quem pro se allegabat Jacob. de Arret. scilicet, quod ibi non sit suuendendum argumentum à contratio sensu, propter absurdum quod resisteret, & opinio, Jacob. de Arret. testatur communiter reprobari Paul. in l. 1. colum. 3. post medium ff. solut. matrimo. contra quam etiam tenet Bar. in l. si maritus, n. 1. ff. de iur. & Palatius Rubens in repet. rubrica de donat. inter vir. & vx. §. 17. num. 8. & Paulus de Cast. in l. cum vir, num. 3. ff. de rescri. p. Et est communis opinio, secundum Bal. Nouel. in tractatu de dote, in 7. p. princip. in primo privilegio, num. 1. fol. 28. & idem tenet iterum ibi num. 13. fol. 29. est etiam communis opinio, secundum Couar. in cap. quamuis pactum 2. parte relecti §. 1. nume. 10. folio 27. in princ.

90 Adeo vt neque f etiam iuramento firmaretur talis alienatio de iure ciuili, argu. l. non dubium, C. de legib. per illum text. tenet gloss. in l. vnic. §. & cum lex, verbo alienare, C. de rei ux. actio. & Bal. Nouell. ubi supra num. 15. Quod vltimum hodie corrigitur de iure Canonico per nostrum text. etiam in foto ciuili seruandus est in d. c. licet mulieres, de iure iurand. lib. 6. & opinio Cyni restatur communem Vitalis de Camban. in tract. clausul. ubi supra num. 5. cum allegauit, n. 1. alium c. colum. penult. illius nu. fol. 740. ad fin. vbi col. sequenti limitat tripliciter, Primo, cum consensu mariti, eo casu, quo maritus posset mulieri dorem restituere de iure constante matrimonio. Secundo limitat in permutatione facta cum marito, vel cum alio de ipsius consensu, ita quod non fiat deterior conditio dotis. Tertio limitat, interposito iuramento à muliere, per nostrum text. & dist. capit. licet: quod intellige cum licentia & consensu viri, vt supra dist. hinc est.

91 Illud tamen aduertendum est, f quod si maritus solus absque vxoris consensu vendat fundum dotalem, licet quoad ipsum valeat alienatio, & in sui præiudicium respectu cuiusdam, fundus cuiusdam per mulierem, vel eius heredes, & per consequens fideiussor mariti, teneatur: respectu tamen vxoris, & in eius præiudicium præd. alienatio nihil valebit, ac per consequens vt etiam constante matrimonio, poterit repetere fundum traditum emptori, pro interesse & vtilitate, ipsius vxoris, non obstante præd. alienatione, licet ipse teneatur ad interesse per remedium cuiusdam, si emptor fuit ignorans quod esset res dotalis, si au-

tem fuit sciens, neque ad preium repetere.

Vxor f autem non poterit petere fundum venditum per maritum constante matrimonio, quia ipsa illo tempore non habet dominium, sed maritus est dominus dotis. Hæc omnia constat expressissime ex infra allegandis ex glo. in d. 8. & cum lex, verbo alienare, & in glo. in §. 1. verbo interdicta, Institut. quib. alien. lic. vel non, vbi tenent, quod maritus, & non vxor possit repetere hoc casu fundum alienatum per maritum constante matrimonio: tenet etiam additio Bar. in l. estimatis, licet, C. ff. solut. mar. & Bal. in l. si prædium, colu. 1. C. de iur. dot. Bal. in d. l. doce ancillam per text. ibi nu. 1. C. de iur. & idem in l. si constat, in princ. ff. solut. matrimo. Quam opinionem testatur esse communem, plures allegans Bæc. de non meliorand. ratio dot. siliab. col. 4. n. 4. & Anto. Go. in l. 53. Taur. n. 63. vbi intelligit, quod tunc maritus non agit nomine proprio neque ad eius vtilitatem, sed vxoris: Tenet etiam omnia suprad. Paul. de Cast. in d. l. cum vir, nu. 4. ff. de v. sup. cap.

Vbi ampliat, f etiam si maritus iurauit non contrauenire, quia iuramentum hoc casu non valet in præiudicium vxoris, argum. tex. in hoc c. cum contingat & d. c. quamuis pactum. Tenet etiam omnia in prædicta bene probans Bal. Nouel. d. 7. parte privilegio, l. nu. 1. fol. 29. vbi late plura alia dicit optima in proposito, & est omnino videndus, inter quæ dicit esse idem, si maritus iurauit alienationem, vt dixit Paul. ubi supra.

Imo dicit communiter teneri, f quod maritus hoc casu indistincte possit repetere etiam ex persona sua, vt est ex mente dictarum glossarum, quæ generaliter probant maritum repetere posse constante matrimonio, fundum dotalem à se alienatum: bene enim inter se compatiuntur, quod præd. alienatio valeat in præiudicium mariti alienantis respectu cuiusdam, & interesse emptoris ignorantis, & quod maritus ipse repetat fundum alienatum, siue agat nomine proprio, siue vxoris, cum id sit ad vtilitatem vxoris, cuius respectu minime quidem valet alienatio, & postea poterit maritus conueniri de cuiusdam ad interesse.

Et interesse mulieris hoc casu consideratur, f 8 secund. Bal. Nouel. ubi supra, quia licet constante matrimonio, maritus sit dominus dotis, & ipse capiat fructus & sustineat onera matrimonii, ex quo tamen tenetur illos conuertere in onera matrimonii, ideo versatur interesse mulieris, & licet in consequentiam versetur etiam interesse viri, de hoc tamen non est curandum, per iura quæ ibi ipse allegat, & opinio glo. in d. 8. & cum lex, testatur communiter per Dd. approbatam Vitalis de Camba. ubi supra, num. 15. vbi, & in num. 16. tenet & probat omnia supra dicta per Bald. Nouell. licet eum non referat.

Et respondet f ad l. cum profiterari, C. de reuocand. donat. & ad l. vendicantem ff. de cuius, vbi probatur, quod non potest quis venire, contra factum suum proprium, vt regula hæc non procedat, quando factum est prohibitum à iure propter publicam vtilitatem: nam tunc potest etiam ipse idem venire, contra, vt probatur in l. quemadmodum, C. de agricol. & censu. lib. 11. & in aliis locis per eum ibi allegatis. Vnde ipsemet vit alienans fundum dotalem, vendicabit, non obstante alienatione per eum facta, quia est prohibita propter publicam vtilitatem, vt in l. 1. ff. solut. mar. iuncta l. lex Julia, de fundo dot. ill.

Et f ibi ampliat supra dictam, etiam si maritus 100 esset

esser alias locuples, & soluendo bene posset de-
seruire oneribus matrimonij.

- 101 Tu adde, ꝑ quod hodie iure Regio hoc præ-
cipue procedit, quo fanticum exstat, omnes fru-
ctus & alias res lucratas constante matrimonio
acquiri æqualiter viro & vxori, & sic maximum
vxoris versatur inter esse in hoc, quod præd. aliena-
tio fundi dotalis à marito facta non valet con-
stante matrimonio, & quod à marito possit repeti.
- 102 Imo ꝑ aliud maius interesse versabitur vxori, ex
hoc scilicet quod res sua dotalis non sit penes tertiu,
licet tantum haberet detentationem, quia summe
expedit vxori, vt præd. res maneat penes maritum
ab eo recuperata & repetita, ad hoc, vt soluto ma-
trimonio statim eam ipsa libere habere possit,
absque eo quod nec necessarium ipsam in iudicio
petere ab emptore mariti, & sic cuitabit sumptus
& dilationes iudicialis.
- 103 Et ꝑ quod fideiusor mariti vendentis teneatur
ad interesse, sicut ipse etiam maritus tenetur, te-
statuor comunem opinionem esse Ioannes Baptista.
Toletanus in suo erario comunium opinionum, litem-
ra D, n. 263, fol. 50. & ante eum testatur comunem
plures referens Anton. Gom. in l. 33. Taur.
num. 60. Et quod ipse maritus teneatur de euctio-
ne ad interesse, quando emptor fuit ignorans, &
quando sciens ad nihil, testatur comunem Bald.
Novell. vbi supra col. 3. & Anton. Gom. in d. leg. 53.
num. 61. licet ipse teneatur, quod etiam emptor sit
sciens, teneatur maritus ad pretium, & quod fide-
iusor mariti vendentis teneatur hoc casu non
data scientia emptoris: tradit etiam Vitalis de
Camban. in tractatu clar. vbi supra eum allegauit
paulo post princip. huius e. num. 3. & 10. vbi consu-
lit, vt obligetur vt correus principalis, & non vt
fideiusor, & n. 16. & 17. agit latissime, quando
& quomodo maritus vendens hoc casu teneatur,
vel non, de euctioe.
- 104 Vnum ꝑ tamen est in proposito satis contin-
gibile in practica, quod ipse iam vidi in facti con-
tingentia, quod tradit Paul. de Cast. in l. cum vir,
n. 4. ff. de vsu cap. vbi existimat, quod cum venditio
predij dotalis facta per maritum, valeat in sui
præiudicium, vt supra dictum est, obligabitur ex
illo contractu maritus ad eius obseruantiam, &
sic ad tradendum fundum dotaalem venditum
emptori, argumento quorundam iurium, quæ ibi
allegat. Sed ipse (quod absque tanti viri iniuria
dixerim) non existimo verum esse hoc vltimum
dictum Pauli, quia licet respectu ipsius mariti, &
in sui præiudicium valeat alienatio, & remaneat
obligatus ad obseruantiam contractus, id tamen
procedit quoad interfectione euctioe, quan-
do emptor fuit ignorans: secus si fuit sciens, vt
supra est dictum: non tamen tenebitur maritus
vendens fundum dotaalem absque consensu vxoris
iurato, præcisè ad obseruantiam contractus, &
sic ad tradendum, quia hoc est in præiudicium
mulieris, & ob id non valet alienatio, vt supra
dictum est, cum communi opinione, & si traditio
de facto fiat, dominium non transfertur per
eam, quia alienatio est nulla, ac si non fieret, se-
cundum Bal. Nouel. d. num. 17. in princ. Ergo
non tenetur maritus præcisè ad tradendum, ne-
que ad id compelli iuratus debet ad instantiam
emptoris. Quod probatur & tertio, quia si mari-
tus tradat, potest repetere indistincte, tam ex
persona mulieris, quam sua, ad vtilitatem mulie-
ris, vt supra dictum est cum communi opinione:
ergo si non vult tradere, non est compellendus,

quia dolo facit, qui petit, quod statim repetitu-
rus est, vt in l. qui se soluit, cum similibus ff. de solutio.
Vnde existimo quidem sub censura rectius senti-
entis, dictum illud vltimum Pauli aduersari
communibus traditionibus supra adductis & de-
claratis, ac per consequens non est verum, nec te-
nendum, & ita ipse contrarium tenerem in iudi-
cando & consulendo. Item etiam, quia si post
traditionem potest repetere, vt supra dictum
est, à fortiori poterit non tradere: quia facili-
us quid impeditur à principio, quam ex postfa-
cto tollitur, vt sunt inra vulgaria: & hæc quando
maritus vendit.

Si ꝑ autem mulier vendat absque iuramento
cum consensu viri, siue absque eo, non obligatur
ad obseruantiam contractus, quia ex quo prohibi-
ta est alienatio ipsius favore, censetur etiam
prohibita obligatio, per quam peruenitur ad
alienationem, argum. l. ratio, ff. de sponsal. cum simi-
libus. Et ita hanc opinionem cum Bart. tenet
Paul. de Cast. in d. leg. cum vir, d. num. 4. & Bald.
Novel. vbi supra, d. num. 15. vbi tenet, quod nec-
que obligatur naturaliter, ac per consequens nec-
que eius fideiusor tenebitur: quam etiam restau-
rat comunem opinionem esse alios allegans
Ioann. Bapt. vbi supra, & Anton. Gom. d. l. 53, n. 6.
& dixi supra in principio huius cap.

Ratio ꝑ differentia in hoc casu inter virum &
vxorem vendentes est, quia alienatio rei dotalis,
non propter virum principaliter, sed propter mulie-
rem prohibetur, ne remaneat indotata, quia
expedit Reipublicæ, &c. vt in l. 1. ff. solus matrimonij.
cum materia. Ergo si vir vendat, licet venditio
non valeat in præiudicium vxoris, tenebitur tamen
de euctioe venditor, quia non persona,
sed res prohibetur alienari. At vero vxor si ven-
dat, non obligatur, quia propter se ipsam prohibi-
tur alienatio rei dotalis, ac per consequens
res & persona prohibetur, vt colligitur ex prædici-
tis Dd.

Ex supra dictis ꝑ infertur ad decisionem qua-
estionis, quam habui in practica, in vendente
marito fundum dotaalem absque consensu & iu-
ramento vxoris, possit etiam ipsa vxor de con-
sensu & licentia & facultate ipsius mariti reuo-
care, & repetere in iudicio prædictum fundum
venditum & traditum per maritum: Elegans cer-
te questio est. Et primo videtur, quod non, vt
tenet gloss. supra dicta in d. §. cum lex, d. l. vnic. &
in d. §. 1. Instic. quib. alien. lic. vel non, per text. qui vi-
detur expressus in l. doce ancillam, C. de rei vendic.
Secundo per ea, quæ tradit Bal. Nouel. vbi su-
pra, d. n. 15. vbi tenet cum quibusdam aliis con-
tradictoribus, quod si vir esset negligens in re-
cuperando prædictum fundum dotaalem à se aliena-
tatum, cum possit, tunc per negligentiam viri in
subsidium ipsa vxor possit audiri implorando of-
ficii iudicis, vt d. res dotalis, maxime si est ma-
gni redditus, & restituatur viro pro supportandis
oneribus matrimonij ex æquitate, l. si quis Stry-
chum, §. vbi dos, ff. de iur. dos. Ergo regulariter non
poterit, supra dictis cessantibus mulier repetere
d. fundum alienatum per virum.

Sed his non obstantibus contrarium videtur
mihi dicendum, imo quod vxor cum licentia & con-
sensu mariti id possit facere. Primo, quia si id
potest maritus vendens, tam ex persona sua, quam
ex persona vxoris, vt supra visum est cum com-
muni opinione. Ergo idem poterit eius vxor
cum consensu mariti & eius nomine, pro se & ad
suum

suum vtilitatem, quia propter quod vnumquod-
que tale, & illud magis, vt in aurb. multo magis, C.
de sacrosancti. ecclie.

- 108 Secundo ꝑ facit gl. singularis in d. l. doce ancil-
lam, C. de rei vendic. gl. in v. in v. item dicunt bis, & c.
vbi gloss. inquit, quod licet mulier non possit rei-
uendicare constante matrimonio rem dotaalem,
vt in d. l. doce ancillam, tamen id intelligunt quida-
dam, si vendicat vxor vt suam, secus si vt dota-
lem, pro quo gloss. allegat text. in l. quia absente, C.
de procurat. in fin. vbi text. dicit, quod aliena nego-
tia agi non possunt per mulieres, nisi in rem suam
& proprium lucrum mandata sint actiones. Pro
cuius gloss. opinioe facit, quia d. l. doce ancillam,
solum prohibet rei uendicare mulierem constante
matrimonio: cuius ratio est, quia cum dominium
dotalis sit penes maritum constante matrimonio,
& non penes vxorem, & rei uendicatio præsup-
ponit dominium, consequens est, vt mulier mini-
me agere possit rei uendicatioe constante matrimo-
nio, non vero prohibet, vt tanquam rem dota-
lem eam petere possit: & non inuenio, quod vllus
scribentium in d. l. doce ancillam, faciat mentionem
d. gloss. vnde videtur cum ea transire. Solum in-
uenio Paul. de Cast. ibi in fin. qui super hac parti-
cula, gl. inquit, ideo ibi illud in casu d. l. qui absen-
te, in fin. C. de proc. quia fuerunt mandata actiones
mulieri, vt in text. constat, vnde si non mandetur
videtur secus dicendum. Et ita tacite videtur
reprobare opinionem d. gloss. Quid dicendum?
Certe sic simpliciter intellecta gloss. illa, pro-
uocet, vera non videtur, quia, vt optime aduertit
Paulus, text. quem gloss. pro se allegat, loquitur,
quando mulieri mandantur actiones in rem suam
& proprium lucrum.

- Tum ꝑ etiam contra hanc gloss. allego aliam
in l. sapes, verb. de proprietate, ff. de re iudic. quæ re-
lata ad text. ibi tenet, non posse mulierem in iu-
dicio agere, nec experiri durante matrimonio su-
per re dotali, & dum text. ibi inquit experiri, in-
telligit gloss. illas, quod respectu vxoris sit improp-
rie pro defendente, quia agere non potest, & li-
cet contrarium in terminis dict. leg. sapes, teneant
gloss. magna in fine in cap. quatuor, de sententia &
re iud. & ibi Innoc. & alij Dd. opinio tamen gl. in
dict. leg. sapes, approbata est hodie in l. 20. tit. 2. par. 3.
in vers. Oro si de viuis, el reuero. Et ibi notat
Gregor. Lop. in gl. sobre defender, dicens in fine gl.
adherendum esse verbis d. l. cum de hoc fuerint
opiniones de iure communi, & illa l. eligat. Sed
saluando gloss. d. l. doce ancillam, possumus dicere,
quod debeat intelligi iuxta l. quam allegat, iuxta
doctrinam Bar. communiter approb. in leg. non solu-
lum, §. si liberationis verba, n. 7. ff. de liber. leg. & sic
gloss. illa intelligenda est loqui, quando mulieri
per maritum mandantur actiones in rem suam &
proprium commodum, & ita intellecta & saluata
gloss. illa per text. in d. l. quia absente, facit bene
pro hac mea 2. opinione, quia in ea præsupponi-
mus, quod mulier cum consensu & licentia viri
sui repetit rem dotaalem per ipsum alienatam,
quia hic consensus & licentia viri est ad prop-
rium commodum & vtilitatem vxoris, cum ob
eam rem non valetur alienatio mariti in præiudicium
vxoris, vt supra dictum & declaratum est.
Vnde sicut ipsemet maritus vendens potest, tam
ex sua persona, quam vxoris & ad ipsius com-
modum repetere, poterit præstare licentiam & con-
sentire expresse vxori repetenti, sicut posset cui-
libet extraneo, & melius vxori, quando quidem

est in rem suam & propter suum commodum, ut
in dict. lege quia absente, in fin. Facit etiam, quia,
vt supra, sepe dictum est, prædicta alienatio mari-
ti rei dotalis non valet propter mulierem &
ipsius fauore, sed ideo ipse non potest id petere,
quia maritas tanquam dominus dotalis durante
matrimonio est in medio, & præstat ei impedi-
mentum: ergo si maritus, qui præstabat impedi-
mentum, id tollat, & concedat veniam, licen-
tiam & facultatem in forma debita vxori ad pe-
tendum, sicut ipsemet maritus petere poterat,
poterit etiam mulier. Non obstant fundamenta
supra posita contrariæ opinionis, quia loquuntur
& procedunt, quando mulier ipsa absque con-
sensu & licentia facultateque mariti pete-
t, vt constat ex ipsismet fundamentis. Nos vero agi-
mus, quando maritus concessit vxori licentiam,
consensum & facultatem in forma, ad petendum
rem dotaalem alienatam, quod est diuertim, &
ita ipse iam iudicanti in quodam negotio tanquam
assessor iudicis, & audiui ita etiam in alio iudicio
tum fuisse secundum hanc opinionem in Regali
Cancellaria.

Sed vtres proculdubio sit, consultius erit, vt
maritus præstans hunc consensum & facultatem
vxori suæ, eam præstet in forma mandando
actiones in rem propriam, quia hic est casus ex-
pressus in dict. leg. quia absente, Codice, de procurat.
licet, vt supra dictum est, sufficiat, si tantum
concedat licentiam, consensum & facultatem.
Quia ipse habet hanc facultatem petendi ex sua
persona & vxoris. Ergo concedendo eam ipsi
vxori, poterit idem facere mulier, cum pro sua
vtilitate & commodo agat cum licentia & facultate
mariti.

Vltimo ꝑ ex supra dictis infertur, quod licet
sit dubium, an dict. leg. cum vir, ff. de vsu cap. proce-
dat in muliere alienante rem dotaalem cum con-
sensu & licentia viri, absque iuramento, vt scilicet
prædicta alienatio valeat & confirmetur soluto
matrimonio, iam quod eo durante nihil valeat,
per pro vtraque parte latissime examinant articu-
lum hunc Roderic. Suarez, in leg. 1. titulo de las
ganancias, lib. 3. for. vers. de arharum, & c. & Anton.
Gom. in dict. leg. 5. Taur. numero 61. si tamen mul-
lier iuret non contravenire, certum erit, quod
constante matrimonio, & etiam post, valebit &
firmus erit contractus hic. Ita probat expresse
nosser text. in hoc cap. cum contingat, & d. cap. licet
mulieres, de iure iur. libro 6. & in terminis supra di-
ctæ quætionis tenet Roderic. Suarez vbi supra,
& Vitalis de Camban. in tract. clausularum, in cap.
incipienti. Sed nunc testat videre quid econtra,
num. 1. folio 749. & segq. vbi hoc intelligit verum,
quando mulier alienauit cum iuramento consen-
tiente viro, alias ipso non consentiente, non
præiudicat ei constante matrimonio, eo vero
soluto confirmatur, & ibi tenet, quod deficiente
iuramento mulieris, licet alienatio facta sit cum
consensu mariti, non confirmatur soluto ma-
trimonio, imo ipsa soluto matrimonio potest
reuocare, secundum opinionem, quam putat
ipse vetiorem, gloss. Specular. & Ioan. Et ibi
etiam agit, an, quando mulier alienat, possit
emptor petere pretium?

S V M M A R I V M.

- 1 Promittens cum iuramento solvere usuram, re-
tinetur eas solvere, & postea poterit repetere.